B. N. C.
FIRENZE
1027
40

1027 40

ONES

ET DECLARATIONES

AD

DECRETA SYNODALIA DIÆCESANA

Habitæ in hac poſtrema Synodo celebrata
die prima Octobris 1669.

*Præſidente Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Domino
Franciſco Rinuccinio Dei, & Apoſtolicæ Sedis
gratia Epiſcopo Piſtorienſi, & Pratenſi.*



FRANCISCI RINVCCINI

EPISCOPI PISTORIEN. ET PRATEN.

In Diæceſana Piſtorienſi Synodo

ORATIO.

EXultat Spiritus Meus Fratres, ac Filij dilectiſſimi, quod coegimus tandem hanc ſanctam Synodum, quæ ob iniuriam temporum, ac tot ferè inexcogitatas cauſas huc vſque dilata fuit. Etenim cum miſticum agrum huius Eccleſiæ; ad cuius claui regimen, quamuis indignè, euecti fuimus, ſemper cuſtodire, excolere, Zizaniam, ſi quando inimicus homo ſuperſeminauerit; & ſpinas intra frumentũ exortas euellere, maxime exoptauerimus, vidimus iam noſtri diuturni deſiderij expectationem expleri. Nec admiratione turbetur cor veſtrum, quod ante viſitationem, quàm non poſt multum temporis aggrediemur, Synodiam celebremus; nam conſultò hoc fecimus, & vt minu incommodi nobis afferamus, & vt vos iſtis præceptis ſalutaribus moniti, ita cum populo veſtræ curæ demandato vos ipſos geratis; vt nihil, vel parum corrigendum inueniamus. Toto itaque animo oramus vos, qui in ſeptuaginta viris, & ſenibus ſignati eſtis in adiutorium Moyſis, & Apoſtolorum, videlicet Epiſcoporum Catholicorum, qui per Moyſem, & Apoſtolos figurantur ſedulò operam detis, vt quidquid à noſtris Prædeceſſoribus, & a Nobis conſtitutum fuit, a vobis ipſis, & ab ipſo grege, qui fidei noſtræ commiſſus fuit, Deo adiuuante ſeruetur. Facile id aſſequemini ſi Domum Dei bonis operibus ædificabitis; ſi memineritis cum Ambroſio, & Auguſtino quàm dignum ſit Sacerdotis nomen, ſi tantam dignitatem non ſuperbia, ac tumore, ſed charitate, & humilitate aſſeruabitis, ſi in vobis corrigetis ea, quæ damnatis in cæteris; ſi vt populus tutam tranquillamque pacem trahat veſtra per-

feceritis diligentiae; ſi denique, vt dignitatis gradu ſaeculares antecellitis, ita eoſdem praecedetis probitatis exemplo. Qualis Sacerdos, talis populus. Vultis populum ſectatorem bonorum operum, antecite ſequentem. Nulla ratione melius morum prauitatem emendabitis, quàm ſi nemini imponatis iniuriam; ſi cum Apoſtolo conſcientiam bonam apud omnes habeatis, ſi ſtudeatis animarum ſaluti, de quibus eſtis rationem reddituri, ſi munera Sacramentorum obeatis diligenter; ſi proximorum neceſſitati adeſſe non negligatis; ſi Eccleſiam votis, precibus, Sacrificijs caſtiſque moribus ſuſtineatis; ſi demum quando humana fragilitate contingat in aliquo fideles maculari, aquam praebeatis caeleſtis doctrinae qua purificati ad ornamentum Diuinae Legis redeant, & Cultum. Harum rerum omnium nos ſummopere ſatagentes, non ſolum Conſtitutiones omnes noſtrae praecedentis Senodi ſeruari mandauimus; ſed paucas alias, quas de conſilio noſtrorum Canonicorum addidimus, vnam cum aliquibus Apoſtolicis Sanctionibus, ad quas omnes tanquam ad aeternae ſalutis Cynoſuram, & Helicem mentis noſtrae oculos defigentes; huius mortalis vitae curſum feliciter peragamus, caeleſtiſq; regni portum arripiamus.

DEI NOMINE INVOCATO.

Confirmamus omnia Decreta à Nobis, & Prædeceſſoribus noſtris facta in præcedentibus Synodis cum Additionibus, & declarationibus infraſcriptis videlicet.

Ad Titulum Primum, De his quæ ad Curam, &c.

§. *Primum.* Addimus & Declaramus, non ſolum animarum curam gerentes, ſed quemlibet ad Epiſcopum vel Inquiſitorem Hæreticæ prauitatis denunciare debere ſuſpectos de Hæreſi, vel libros prohibitos apud ſe retinentes, vel inhærentes damnatis opinionibus, & diuulgatis iam antea hic apponimus, quæ nouiſſimè prodiere, vt omnibus innoteſcant iuxta mentem fel. recor. Alexandri Papæ VII. vt habetur ex ſequentibus Decretis eiuſdem Sanctiſſimi, quarum tenor eſt, qui ſequitur.

1. Homo nullo vnquam vitæ ſuæ tempore tenetur elicere actum fidei, ſpei, & Charitatis ex vi præceptorũ Diuinorum ad eas virtutes pertinẽtiũ.

2. Vir Equeſtris ad duellum prouocatus poteſt illud acceptare, ne timiditatis notam apud alios incurrat.

3. Sententia aſſerens, Bullã Cęnę ſolùm prohibere abſolutionem Hæreſis, & aliorum criminum, quando publica ſunt, & id non derogare facultati Tridentini, in qua de occultis criminibus ſermo eſt, anno 1629. 18. Iulij in Conſiſtorio Sac. Congregationis Eminentiſſimorum Cardinalium viſa, & tolerata eſt.

4. Prælati Regulares poſſunt in foro Conſcientiæ abſoluere quoſcumque ſęculares ab Hæreſe occulta, & ab Excomunicatione propter eam incurſa.

5. Quamuis euidenter tibi conſtet Petrum eſſe hæreticum, non teneris denunciare, ſi probare non poſſis.

6. Confeſſarius, qui in Sacramentali Confeſſione tribuit Pęnitenti cartam poſtea legendam, in qua ad Venerem incitat, non cenſetur ſollicitaſſe in Confeſſione, ac proinde non eſt denunciandus.

7. Modus euadendi obligationem denunciandę ſollicitationis eſt, ſi ſollicitatus confiteatur cum ſollicitante, hic poteſt ipſum abſoluere, abſque onere denunciandi.

8. Duplicatum Stipendium poteſt Sacerdos pro eadem Miſſa licitè accipere, applicando petenti partem etiam ſpecialiſſimam fructus ipſimet celebranti correſpondentem, idque poſt Decretum Vrbani VIII.

9. Poſt

9. Poſt Decrem Vrbani poteſt Sacerdos, cui Miſſæ celebrandę traduntur, per alium ſatisfacere collato illi minori ſtipendio, alia parte ſtipendij ſibi retenta.

10. Non eſt contra Iuſtitiam pro pluribus Sacrificijs ſtipendium accipere, & Sacrificium vnum offerre, neque etiam eſt contra fidelitatem, etiáſi promittam, promiſſione etiam iuramento firmata danti ſtipendium, quod pro nullo alio offeram.

11. Peccata in Confeſſione omiſſa, ſeu oblita ob inſtans periculum Vitę, aut ob aliam cauſam non tenemur in ſequenti Confeſſione exprimere.

12. Mendicantes poſſunt abſoluere a Caſibus Epiſcopis reſeruatis, non obtenta ad id Epiſcoporum facultate.

13. Satisfacit Præcepto annuæ Confeſſionis, qui confitetur Regulari Epiſcopo pręſentato, ſed ab eo iniuſtè reprobato.

14 Qui facit Confeſſioné voluntariè nullã ſatisfacit pręcepto Eccleſię.

15. Pęnitens propria authoritate ſubſtituere ſibi alium poteſt, qui loco ipſius pęnitentiam adimpleat.

16. Qui Beneficium Curatum habent, poſſunt ſibi eligere in Confeſſarium ſimplicem Sacerdotem non approbatum ab Ordinario.

17. Eſt licitum Religioſo, vel Clerico, calumniatorem, grauia crimina de ſe, vel de ſua Religione ſpargere minantem, occidere, quando alius modus defendendi non ſuppetit, vti ſuppetere non videtur, ſi calumniator ſit paratus, vel ipſi Religioſo, vel eius Religione publicè, & coram grauiſſimis viris prędicta impingere, niſi occidatur.

18. Licet interficere falſum accuſatorem, falſos Teſtes, ac etiam falſum Iudicem, a quo iniqua certò imminet ſententia, ſi alia via non poteſt damnum innocens euitare.

19 Non peccat maritus occidens propria authoritate Vxorem, in Adulterio deprehenſam.

20. Reſtitutio, a Pio V. impoſita Beneficiatis, non recitantibus, non debetur in conſcientia ante ſententiã declaratoriã Iudicis, eo quod ſit pęna.

21. Habés Cappellaniam collatiuam, aut quoduis aliud Beneficium Eccleſiaſticum, ſi ſtudio literarum vacet, ſatisfacit ſuę obligationi, ſi Officiũ per alium recitet.

22. Non eſt contra Iuſtitiam, Beneficia Eccleſiaſtica non conferre gratis; quia collator conferens illa Beneficia Eccleſiaſtica (pecunia interueniente) non exigit illam pro collatione Beneficij, ſed veluti pro emolumento Temporali, quod ſibi conferre non tenebatur.

23. Frangens ieiunium Eccleſię ad quod tenetur, non peccat mortaliter,

ter, niſi ex contemptu, vel inobedientia hoc faciat; puta, quia non vult ſe ſubicere præcepto.

24. Mollities, Sodomia, & Beſtialitas ſunt peccata eiuſdem ſpeciei infimæ, ideoque ſufficit dicere in Confeſſione, ſe procuraſſe pollutionem.

25. Qui habuit copulam cum ſoluta, ſatisfacit Confeſſionis præcepto, dicens, commiſi cum ſoluta graue peccatum contra Caſtitatem, non explicando copulam.

26. Quando litigantes habent pro ſe opiniones æque probabiles; poteſt Iudex pecuniam accipere pro ferenda ſententia in fauorem vnius præ alio.

27. Si liber ſit alicuius Iunioris, & Moderni, debet opinio cenſeri probabilis, dum non conſtet reiectam eſſe a Sede Apoſtolica, tanquam improbabilem.

28. Populus non peccat, etiamſi abſque vlla cauſa non recipiat Legem, a Principe promulgatam.

Decretum de die 24. Septembris 1664. in quo damnantur prædictæ Propoſitiones.

OVibus peractis, dum ſimilium propoſitionum Examini cura, & Studium impenditur, interea idem Sanctiſſimus re maturè conſiderata ſtatuit, & Decreuit, prædictas propoſitiones, & vnamquamque ipſarum, vt nimium ſcandaloſas, eſſe damnandas, & prohibendas, ſicut eas de facto damnat, & prohibet, ita vt quicumque illas, aut coniunctim, aut diuiſim docuerit, defenderit, ediderit, aut de eis etiam diſputatiuè publicè, aut priuatìm, tractauerit, niſi forſan impugnando, ipſo facto incidat in Excomunicationem, a qua non poſſit, (præterquam in articulo mortis) ab alio quacumque etiam dignitate fulgente, niſi a pro tempore exiſtente Romano Pontifice abſolui.

Inſuper diſtrictè in virtute S. Obedientiæ, & ſub interminatione Diuini Iudicij prohibet omnibus Chriſti Fidelibus cuiuſcumque conditionis, dignitatis, ac ſtatus, etiam ſpeciali, & ſpecialiſſima nota dignis, ne prædictas opiniones aut aliquam ipſarum ad Praxim deducant.

Sequuntur, & aliæ propoſitiones damnatæ vt ſupra videlicet.

29. In die Ieiunij, qui ſæpius modicum quid comedit, & ſi notabilem quantitatem in fine comederit non frangit ieiunium.

30. Omnes Officiales, qui in Republica corporaliter laborant, ſunt excuſati ab obligatione ieiunij, nec debent ſe certificare, an labor ſit compatibilis cum ieiunio.

31. Ex-

31. Excuſantur abſolutè à pręcepto ieiunij omnes illi qui iter agūt equitando, vtcumque iter agant, etiamſi iter neceſſarium non ſit, & etiamſi iter vnius diei conficiant.

32. Non eſt euidens, quod conſuetudo non comedendi oua, & lacticinia in Quadrageſima obliget.

33. Reſtitutio fructuum ob omiſſionem horarum ſuppleri poteſt per quaſcumque Elemoſinas, quas antea beneficiatus de fructibus ſui Beneficij fecerit.

34. In die Palmarum recitans Officium Paſchale ſatisfacit præcepto.

35. Vnico Officio poteſt quis ſatisfacere duplici Præcepto pro die pręſenti, & craſtino.

36. Regulares poſſunt in foro Conſcientię vti priuilegijs ſuis, quę ſunt expreſſè reuocata per Concilium Tridentinum.

37 Indulgentię conceſſę Regularibus, & reuocatæ a Paulo V. hodie ſunt reualidatę.

38. Mandatum Tridentini, factum Sacerdoti ſacrificanti ex neceſſitate cum peccato mortali, confitendi quam primum, eſt conſilium non præceptum.

39. Illa particula, quàm primum, intelligitur, cum Sacerdos ſuo tempore confitebitur.

40. Eſt probabilis opinio, quæ dicit eſſe tantùm veniale oſculum habitum ob delectationem carnalem, & ſenſibilem, quæ ex oſculo oritur, ſecluſo periculo conſenſus vlterioris, & pollutionis.

41. Non eſt obligandus concubinarius ad eiciendam concubinam, ſi hęc nimis vtilis eſſet ad oblectamentum concubinarij vulgo regalo, dum deficiente illo, nimis ægre ageret vitam, & alię epulę tedio magno concubinarium afficerent, & alia famula nimis difficilè inueniretur.

42. Licitum eſt mutuanti aliquid vltra ſortem exigere, ſi ſe obliget ad non repetendam ſortem vſque ad certum tempus.

43. Annuum Legatum, pro anima relictum, non durat pluſ quàm per decem Annos.

44. Quoad forum Conſcientię reo correcto, eiuſque contumacia ceſſante, ceſſant cenſurę.

45. Libri prohibiti, donec expurgentur, poſſunt retineri vſque dum adhibita diligentia corrigantur.

De-

Decretum de die 18. Martij 1666, in quo damnantur prædictæ propoſitiones.

QVibus maturè penſatis, idem Sanctiſſimus ſtatuit, ac decreuit, prædictas propoſitiones, & vnamquamque ipſarum, vt nimium ſcandaloſas eſſe damnandas, & prohibendas, ſicut eas damnat, ac prohibet. ita vt quicumque illas, aut coniunctim, aut diuiſim docuerit, defenderit, ediderit, aut de eis etiam diſputatiuè publicè, aut priuatim, tractauerit, niſi forsàn impugnandó, ipſo facto incidat in Excomunicationem, a quà non poſſit (præterquam in articulo Mortis) ab alio quacumque etiam Dignitate fulgente, niſi a pro tempore exiſtente Romano Pontifice, abſolui

Inſuper diſtrictè in virtute S. Obedientię, & ſub interminatione Diuini Iudicij prohibet omnibus Chriſti fidelibus cuiuſcumque conditionis, dignitatis, ac ſtatus, etiam ſpeciali, & ſpecialiſſima nota dignis, ne prædictas opiniones, aut aliquam ipſarum ad Praxim deducant.

Ad eumdem Titulum.

§. *Adepti.* Addimus, & monemus omnes, & ſingulos, quos ad Beneficia Eccleſiaſtica, quibus animarum cura incumbit, promoueri contigerit, vt iuxta Decretum Sacri Concilij Tridentini, & tempus in eo deſcriptum ſcilicet infra duos Menſes a die adeptæ poſſeſſionis Fidei Profeſſionem in manibus noſtris, ſeù Vicarij noſtri Generalis emittant, ſub pena non faciendi fructus ſuos, vt habetur in Concilio Trid. ſeſſ. 24. de reform. cap. 12.

Ad Titulum 5. De Sacramento Euchariſtię.

§. *Publici Concubinarij.* Addentes declaramus, Paſchatis tempore minimè arcendos eſſe à Parochis, à Sacroſancta Synaxi, quos indignos iudicauerint, niſi anteà per Menſem, vel quindecim dies Nobis, ſeù Vicario noſtro generali requiſitis, vt rè maturius examinata, paternoque affectu admoniti, nulla vti poſſint querimonia, niſi admittantur.

Ad eumdem Titulum.

§. *Quod ſi aliquando.* Sanctiſſimum Euchariſtię Sacramentum, vt quamaiori reuerentia adorandum proponatur Chriſti Fidelibus, prohibemus nunquam exponi ante Auroram, nec expoſitum haberi poſt ſecundam ho-

ram noctis, quo tempore nolumus hoſtiam velatam manere ſuper Altare, ſed in Tabernaculo diligenter reponi, ad euitanda omnia pericula in re tanti momenti.

Ad Titulum XI. De Celebratione Miſſarum.

§. *Nullus Sacerdos.* Addimus, omnino ſeruandum eſſe quod continetur in hoc §. circa Miniſtrum pro ſeruitio Eccleſię Parrocchialis, aut Sacriſtię: quod ſi ad formam, Statuti Laicalis, vel conſuetudinis in contrarium per Scrutinium vel extractionem fiat electio de eo, qui non ſit Clericus, nullatenus poſſit de per ſe inſeruire, ſed ſuis expenſis alium ſubſtituat, qui incedat in habitu, & Tonſura, ſub pęna amiſſionis emolumenti, & mercedis aſſignandę alij Clerico ad libitum denunciantis.

Ad eumdem Titulum.

§. *Toleratur.* Iuxta Decretum ſanctę mem. Alexandri Papę Septimi emanatum, die quinta Auguſti 1662. addimus, & declaramus ſatis fieri in feſto duplici Anniuerſarijs Mortuorum, ſi eo die occurrant, applicando ipſis Sacrificium Miſſę, quæ celebratur de Feſto, ac propterea non tolerantur amplius Miſſę de Requiem in feſto duplici, quod ſit etiam de Præcepto.

Ad eumdem Titulum.

§. *Si in aliqua Eccleſia.* Quò faciliùs ſatis fiat Eccleſię præcepto addimus, & monemus Parochos extra Męnia, vt feſtis diebus hora competenti Miſſas celebrent, ne celebraturis in Oratorio, vel in Eccleſia ſint impedimento.

Ad eumdem Titulum.

§. *Clerici omnes.* In huius §. additamento prohibemus, ne noui Sacerdotes ſuam primam Miſſam celebrare audeant, ſub pęna ſuſpenſionis ipſo facto incurrendę, quamuis a doctis iam Presbiteris inſtructi, niſi prius de ipſorum idoneitate Nobis, ſeu Vicario noſtro Generali conſtare fecerint per atteſtationem in ſcriptis dandam a noſtro Ceremoniarum magiſtro, cú aſſenſu ſaltem vnius ex Dominis Canonicis ſuper Ceremonijs Miſſarum inferius deputandis, & Vicarius eiſdem præcipiat ſub eadem pena, vt in prima eorum Miſſa diligenter obſeruent, quæ diſponuntur in Synodalibus Conſtitutionibus circa oblationes in Miſſa. Et inſuper addimus, & mandamus obſeruantiam Edicti emanati ſub die 29. Iunij 1667. de mandato Sanctiſſi-

ctiſſimi D.N. PP. IX. feliciter regnantis; in quo imponitur pęna decem Aureorum Sacriſtę, ſi permittat Miſſę celebrationem ſine veſte talari, & tonſura, quod in omnibus Sacriſtijs ſemper affixum manere præcipimus.

Ad eumdem Titulum.

§. Sacerdotes. Cum ſicuti relatum Nobis eſt non ſine magno animi noſtri dolore, nonnulli Sacerdotes adeo feſtinanter Miſſas celebrent vt nec minimam partem Sacrorum Rituum, & Cæremoniarum adimpleant, quas edocti fuerunt, & præſcribuntur in Miſſali; addimus, & monemus omnes, & ſingulos, vt diſtinctè, deuotè, & maxima cum Religione, & obſeruantia Sacrorum Rituum, & Cęremoniarum, vt ſupra, ſacra peragant, memores, quod maledictus homo qui facit opus Dei negligenter, ne arceantur a Nobis, ſeù Vicario noſtro Generali a Sacris Altaribus.

Ad eumdem Titulum.

§. Obligationes. Addimus, & declaramus; vt omnes, & ſinguli, ad quos ſpectat, quolibet bimeſtri librum deferant deputandis ſuper defectum Miſſarum cum nota defectorum, ſub pęna vnius Aurei, & arbitrij: & Vicarius pręcipiat quibus videbitur expedire vt ſubminiſtrent expenſas ad ſoluendas pęnas, & ſatisfaciendum Miſſarum defectibus.

Ad Titulum XII. De Eccleſijs & earum cultu.

§. Omnem. Vt tandem aliquando loqui poſſimus ad Dominum cum Propheta; Zelus Domus Tuæ comedit me; in augumentum diuini cultus, ac Sacrarum ædium præcipimus, ne quis ingrediatur Eccleſias cum ſaccis ſarcinis, pullis, aut alijs rebus indecentibus, ſed nec prope eas ad 30 paſſus impudicè agat, tumultus excitet, aut prophanis verbis obſtrepet irreuerenter, nec ludos exerceat, aut artes mecanicas, & ſtrepitoſas ſub pena librarum quatuordecim, quæ ad Eccleſiarum ornatum applicentur.

Ad Titulum XVII. De Parochis.

§. mandamus. Addimus, & declaramus, quod Plebani, & Priores non ſolum in Proceſſionibus, ſed etiam in omnibus alijs functionibus Eccleſiaſticis debeant præcedere omnibus Parochis non obſtantibus quibuſcumque; & ſi in aliqua Prioria contigerit eſſe plures Priores, ille debeat præcedere cuius Eccleſia in Prioriam prius declarata fuit.

§. *Arma.* Addimus, & declaramus penas Clericorum arma deferentium eſſe, & eſſe debere iuxta Decretum vltimo loco editum a Nobis in forma Edicti die 4. Aprilis 1655. cuius tenor eſt qui ſequitur

L'Illuſtriſſimo, e Reuerendiſſimo Monſignore Franceſco Rinuccini per la Dio grazia, e della Santa Sede Apoſtolica Veſcouo di Piſtoia, e Prato. Perche le pene impoſte nella ſua Conſtituzione Sinodale a delatori dell' armi, è talmente tenue che da molti non è ſtimata, e parendo a Sua Signoria Illuſtriſſima, che queſta Legge ſi deua per degni riſpetti oſſeruare; per queſta, e per altre ragioni, e cauſe l'animo ſuo mouenti; augumentando la pena, che ſeruirà per l'arbitrio appoſto nella detta Conſtituzione, Dichiara che li Clerici di qualſiuoglia ſtato, e condizione che ſenza legittima licenza porteranno l'archibuſo lungo da Caccia, incorrino nella pena di ſcudi quindici, e di quelli corti, carabine, piſtoni, ò terzette ſcudi cento, e delle piſtole corte ſcudi dugento da applicarſi ad arbitrio di Sua Signoria Illuſtriſſima a' luoghi Pij, a gl'Eſecutori, & a chi ſi ſtimerà conueniente. E perche non ſi poſſa doppo il fatto controuertere della facultà di vſare tal' armi, ſi aſſegna à ciaſcuno termine vn meſe doppo la publicazione del preſente a moſtrare in Cancelleria la loro facoltà, altrimenti non li ſaranno menate buone, e tutto a piena notizia di ciaſcheduno. Dato in Piſtoia nel Palazzo Epiſcopale queſto dì 4. Aprile 1665.

§. *Sacerdotes,* Addimus, & declaramus Clericos vti non debere tibi alibus accenſi, & immodeſti coloris, ſed eius tantum quo vtitur Eccleſia Inſuper mandamus, vt omnes Clerici in Sacris conſtituti incedant cum omni modeſtia, & reuerentia, etiam extra Ciuitatem, & præcipuè in omnibus functionibus Eccleſiaſticis, quibus adeſſe præcipimus cum Cocta, & Birecto ſiue interſint ex deuotione, ſiue vt ſue ſatisfaciant obligationi: & non deferenes coctam incidant in penam ſuſpenſionis.

Ad Titulum XXII. De Monialibus.

PErche l'eſperienza hà dimoſtrato, che non hauendo le Monache oſſeruato l'ordine particolare di farſi pagare gli alimenti anticipati per le Fanciulle Monacande, & educande, ne è riſultato grauiſſimo danno a i Monaſterj, e diſprezzo degli ordini della Sacra Congregatione; Per queſto comandiamo, e vogliamo, che ſi oſſerui l'Editto publicato da noi ſotto di 19. Gennaio 1669. continente in ſoſtanza, che le Badeſſe, e Superiore delle Monache per tempo eſiſtenti non poſſino, ne deuino riccue-

re nel Monaſterio alcuna Fanciulla, ſe prima non ſia ſtato pagato il denaro de gli alimenti anticipati di ſei meſi ſotto pena di ſcomunica; e ſe nel caſo del ſecondo ſemeſtre, e ſuſſequenti foſſe ſcorſo vn meſe, che il denaro non fuſſe ſtato pagato, le Badeſſe, e Superiore deuino ſubito ridurlo a memoria à i parenti, e perſone che lo deuano pagare; e che ſe al fine del meſe non ſarà ſtato pagato il ſemeſtre anticipato, deuino darne parte al Veſcouo, ò ſuo Vicario Generale, e mandare le Fanciulle fuori del Monaſterio, ſotto pena della ſcomunica riſeruata à ſua Signoria Illuſtriſſima, come ſi dice nell'Editto.

In oltre ſi prohibiſce a qualunque perſona di qualſiuoglia ſtato, e conditione il potere accedere, & andare ne' Parlatori de' Monaſterij traueſtito, con Maſchere, ò abiti diſuſati, e differenti da' ſuoi ſoliti, ancorche con licenza, ſotto pena della Cattura, e di ſcudi quattro da pagarſi frà dieci giorni dall'iſteſſi traſgreſſori, e ſe non l'haueranno fatto in detto tempo, ipſo Iure incorrino nella ſcomunica riſeruata à Sua Signoria Illuſtriſſima.

Similmente ſi prohibiſce a tutte le Monache di recitare Comedie, ò fare altre recreazioni, di giorno, ò di notte alla preſenza di perſone Secolari di qualſiuoglia ſtato, grado, e condizione, ancorche fuſſe nel tempo di Carneuale ſotto pena di ſcomunica da ricorrerſi ipſo iure à noi riſeruata. E per leuare ogni occaſione di ſcandalo, ſe li comanda ancora, che alle 24. hore ſerrino, e faccino ſerrare le porte del Parlatorio, le quali di poi non ſi aprino ſe non leuato il Sole, e queſto ſotto la medeſima pena.

Numero prefiſſo delle Monache nella Montagna di Piſtoia.

Nel Monaſterio di S. Franceſco di Lizzano numero 24.
Nel Monaſterio di S. Buonauentura di Cutigliano numero 18.
Nel Monaſterio di Santa Caterina di S. Marcello numero 18.
Nel Monaſterio di S. Domenico, e S. Franceſco di Pupiglio numero 20.

IVDICES SYNODALES

Illuſtriſsimus, & Reuerendiſsimus D.

D. FRANCISCVS RINVCCINIVS

EPISCOPVS PISTORIENSIS, ET PRATENSIS.

Reuerendiſsimus D Vicarius pro tempore exiſtens.

Admodum R. R. D. D.

D. Franciſcus Buthius Archidiaconus I. V. D.
D. Franciſcus Dondorius Decanus I. V. D. Vicarius Generalis.
D. Paulus Florauantius Primic. Proth. Apoſt.
D. Baro Dauid Alphonſus Bracciolinius Theſau. I. V. D. Proth. Apoſt.
D. Abbas Carolus Arfarolus Sacriſta Proth. Apoſt.
D. Abbas Onuphrius Gualfreduccius Rector I. V. D. Proth. Apoſt.
D. Abbas Felix Marchettus Cuſtos I. V. D.
D. Vincentius Roſſius Can. I. V. D.
D. Maximianus Brunozzius Can. I. V. D.
D. Paulus Antonius Panuzzius Can. Proth. Apoſt.
D. Angelus Alphonſus Amatus Can. I. V. D.
D. Eques Andreas Franchius I. V. D. Proth. Apoſt. Prępos. Liburni.
D. Iacobus Belluccius Can. Proth. Apoſt.
D. Onuphrius Conuerſinius Can. I. V. D.

EXAMINATORES SYNODALES

& alij pro Confeſſ. & Ordinan.

D. Ioannes Baptiſta Celleſius Præpoſitus Cathedralis.
D. Carolus Celleſius Archipresbiter.
D. Franciſcus Buthius Archidiaconus I. V. D.
D. Franciſcus Dodorius Decanus I. V. D. Vicarius Generalis.
D. Paulus Florauantius Primicerius Proth. Apoſt.
D. Baro Dauid Alphonſus Bracciolinius Theſaur. I. V. D. Proth. Apoſt.

D. Iu-

D. Iulius Panciaticus Prior.
D. Abbas Carolus Arſarolus Sacriſta Proth. Apoſt.
D. Abbas Onuphrius Gualfreduccius Rector I. V. D. Proth. Apoſt.
D. Abbas Felix Marchettus Cuſtos I. V. D.
D. Viucentius Roſſius I. V. D.
D. Robertus Ciatus S. T. D. Pęniten.
D. Maximianus Brunozzius I. V. D.
D. Franciſcus Marius Bracciolinius.
D. Sebaſtianus Godeminus
D. Ioſeph. Lazzarius
D. Iacobus Brunozzius.
D. Paulus Antonius Panuzzius Proth. Apoſt.
D. Eques Michael Angelus Tontius *ſucceſſit*
D. Nicolaus dal Gallo. *Filippus Cancellarius I.V.D.*
D. Acto Bracciolinius.
D. Iulius Tucius.
D. Dominicus Odaldus

} Eccleſię Catthedralis Canonici.

D. Angelus Alphonſus Amatus I. V. D.
D. Eques Andrear Franchius I. V. D. Proth. Apoſt. Pręp. Liburni.
D. Onuphrius Conuerſinius I. V. D.
D. Iacobus Belluccius Proth. Apoſt.
D. Iacobus Paribenius.
D. Eques Thomas Ciatus.

} Canonici eiuſdem Catthedralis.

D. Ioſeph Scarſantonius Plebanus S. Andreę Proth. Apoſt.
D. Philippus Talinius Prior S. Pauli.
D. Iacobus Cenciolinius Prior S. Marię Humilitatis I. V. D.
D. Vincentius Boncompagnius Clericorum Collegij Magiſter.
D. Onuphrius Celleſius I. V. D.
R. P. Ioannes de Froſinis.
R. P. Andreas de Clementis.
R. P. Petrus de Bucis.
R. P. Acto Fabbronius.

Quibus addimus.

R. P. Antonius Centius Plebanus Proth. Apoſt. I. V. D.
R. P. Hieronymus Vannuccius.
R. P. Bonus Bonius.

R. P. Andreas Beſchinius
R. P. Dominicus Rutatus.
R. P. Pandulphus Arſarolus I. V. D.
R. P. Mattheus Petrus Curradus I. V. D.
R. P. Ioſeph Melocchius I. V. D. *qui postea fuit Archipresbiter*
R. P. Ioannes Baptiſta Griſonius Pleb. Vicarius foraneus.
R. P. Petrus Vanninius Pleb. Vicarius foraneus.
R. D. Philippus Cancellerius I. V. D. *et postea Canonicus*
R. P. Paulus Antonius Pertichellius S. T. D. } Congregationis Oratorij
R. P. Ioannes Baptiſta Baldinius S. T. P. } S. Philippi Nerij.
R. D. Petrus Paulus Barghigianus Can. Reg. Lateran. Abbas S. Bartholomęi,
R. D. Benedictus Franciſcus Puccinius Proabbas.
R. D. Hippolytus Bracciolinius Abbas, & Vic. Gen. } Religionis
R. D. Victorius Deſiderius S. T. D, } Oliuetanę.
R. D. Federigus de Federighis Abbas. } Vallumbroſani.
.D. Felix Florauantius Abbas Tit. }
F. Timotheus Garbeſius Prior S. T. M. } Ordinis Predicatorum.
F. Thomas Conuerſinius S. T. M. }
F. Sebaſtianus de Galeottis S. T. M. } Ord. Seruorum.
F. Iulianus Franciſcus Riſarolus S. T. M. }
F. Angelus Gabriel Bertocchius S. T. M. } Ord. Carmelit.
F. Sebaſtianus Marraccius S. T. P. }
F. Ioannes Baptiſta Becarellius Baccalaurus. } Ord. S. Auguſtini.
F. Benedictus de Bigeſchis Baccalaurus. }
F. Ioannes Maria Biaginius a Cutiliano S. T. Lector } Ord. S. Franciſci
F. Hiacynthus Ganninius a Cutiliano S. T. Lector. } de Obſeruantia.
F. Franciſcus Landini S. T. M. Vic. S. Officij, & Prouincialis } Ord. Min.
F. Alexander Betrigiorgius S. T. M. } Conuent.
F. Placidus Gambacorta Licen. } Ord. S. Franciſci
F. Bartholomęus Saluadorius. } de Paula.
P. Ludouicus de Minimis, & Rector pro tempore exiſten. } ex Colleg.
P. Phillippus de Craſſis Lector Caſuum Conſcientię. } Soc. Ieſu.

NOMINA TESTIVM SYNODALIVM

Qui iuramento aſtringuntur certiorem facere Epiſcopum de his quæ contra Religionem, aut bonos mores facta nouerint.

D. Ioannes Baptiſta Celleſius Præpoſitus.
D. Onuphrius Gualfreduccius Rector I. V. D. Proth. Apoſt.

D. Ro-

D. Robertus Ciatus Can. S. T. D. Pœniten.
D. Iacobus Brunozzius Can.
D. Dominicus Odaldus Can.
D. Ioſeph Scarfantonius Plebanus S. Andreę Proth. Apoſt.
D. Philippus Talinius Prior S. Pauli.
D. Iacobus Cenciolinius Prior S. Marię Humilitatis S. T. D.
R. P. Palladius Tucius.
R. P. Aćto Fabronius.

Extra Ciuitatem.

Omnes Plebani, & Priores in ſuis Eccleſijs Zenodochiarij, & Viſitatores Piorum locorum.

D. Ioannes Baptiſta Celleſius Præpoſitus.
D. Carolus Celleſius Archipresb.
D. Franciſcus Marius Bracciolinius Can.
D. Maximianus Brunozzius Can.
D. Iacobus Cenciolinius Prior S. Marię Humilitatis S. T. D.

Pro Indulgentijs.

D. Carolus Celleſius Archipresbiter.
D. Franciſcus Buthius Archidiac. I. V. D.

Pro Celebratione Miſſarum.

D. Carolus Celleſius Archipresb.
D. Abbas Carolus Arfarolus Sacriſta Proth. Apoſt.
D. Vincentius Roſſius Can.
D. Eques Michael Angelus Tontius Can.
R. P. Sac. Cæremoniarum Magiſter.

Protectores Carceratorum.

D. Carolus Celleſius Archipresb.
D. Franciſcus Marius Bracciolinius Can.
D. Ioſephi Lazzarius Can.
D. Eques Michael Angelus Tontius Can.

Ad intereſſendum probationi Patrimoniorum.

D. Vicarius Generalis pro tempore exiſtens.

D. Abbas Onuphrius Gualfreduccius I. V. D. Rector Proth. Apoſt.
D. Angelus Alphonſus Amatus Can. I. V. D.
D. Onuphrius Conuerſinius Can. I. V. D.

Pro dirimendis controuerſijs, & difficultatibus quæ poſſunt oriri in Exequijs, & funeribus.

D. Vicarius Generalis pro tempore exiſtens.
D. Franciſcus Buthius Archidiaconus I. V. D.
D. Abbas Carolus Artaloſus Sacriſta Prot. Apoſto.
D. Vincentius Roſſius Canonicus I. V. D.

Pro Benedictione Paramentorum.

D. Paulus Florauantius Primic. Proth. Apoſt.
D. Iacobus Brunozzius Canonicus.

Deputati per dare la Licenza della Quareſima dentro la Città.

Il noſtro Sig. Vicario Generale
Sig. Propoſto
Sig. Arciprete
Sig. Archidiacono
Sig. Decano
Sig. Primicerio — Canonici della Cattedrale pro tempore eſiſtenti.
Sig. Teſauriere
Sig. Priore
Sig. Sacriſta
Sig. Rettore
Sig. Cuſtode
Sig. Pieuano di S. Andrea, e
Signori Priori di S. Giouanni, di S. Pauolo, e della Madonna dell'Humiltà pro tempore eſiſtenti.

Deputati per dar la Licenza della Quareſima fuori della Città.

Signori Pieuani, Priori, e Curati nelle loro Parrocchie.

Deputati ſopra le mancanze delle Meſſe nella Città.

Sig. Propoſto Gio: Batiſta Celleſi
Sig. Abbate, e Rettore Onofrio Gualfreducci
Sig. Canonico Giuſeppe Lazzari
Sig. Pieuano Giuſeppe Scarſantoni.
Sig. Priore Filippo Talini
Sig. Priore Iacopo Cenciolini
Sig. Dottore Pandolfo Arfaruoli
Sig. Dottore Matteo Pietro Curradi
Sig. Andrea Clementi.

Deputati ſopra le mancanze delle Meſſe fuori della Città.

Tutti i Pieuani, Priori, e Curati nelle Chieſe a loro ſottopoſte.

Ego Franciſcus Lazzarius Notarius Curiæ Epiſcopalis Piſtoriens. primus Cancellarius, & ab Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo D. D. Franciſco Rinuccinio Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopo Piſtorienſi, & Pratenſi, ſupraſcriptarum Synodalium Conſtitutionum Additionalium Cancellarius deputatus, de prædictis rogatus in fidem propria manu ſubſcripſi ad laudem Dei, & B. V. Mariæ preſentib. Per Illuſtrib. D. Equite Iuliano de Baldinottis & D. Dinotio Sozzofantio nob. Piſt. teſtib.

SS 556337 1027.40

Angelo Pandimiglio
restauratore
825650 * 8274800